



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Krevese einen Hof mit 5 Hufen im Dorfe Storbeck, am 29. September 1343.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

nostrorum bone recordacionis, nostri, heredum ac successorum nostrorum deuotis et indefinitibus suis inuocacionibus inuocent et inclament, appropriauimus et appropriare presentibus decreuimus XXIII<sup>o</sup>. frustra annuorum reddituum, in villa parua Rossowe sita, cum singulis et uniuersis suis pertinentiis, iuribus, honoribus, libertatibus, commoditatibus et gratiis, quibus prenotata frustra siue redditus strenui viri Arnoldus et Henricus de Rossowe, fideles nostri dilecti, a nobis tenuerunt et possederunt, in antea sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus possidenda, renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni et impetitioni ac proprietatibus quibuscunque, que nobis in premissis competebant vel competere possent aliqualiter in futurum. In cuius etc. Testes dux de decka, comes de swartzburg, heinricus de Ryfach, curie nostre magister, Johannes de Buch, Otto de Helbe cum ceteris. Datum Sehufen, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>., feria quarta in festo pentecostes.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 15. No. XXXIX.

XXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Kreueße einen Hof mit 5 Hufen im Dorfe Storbeck, am 29. September 1343.

Ludowicus etc. Honorabilibus et deodicatis personis priorisse totique conuentui claustru creueße, ordinis sancti Benedicti, verdenfis dyocesis, deuotis sibi dilectis, salutem et noticiam subscriptorum. Pio pretendentes affectu anxietates, turbaciones ac dispendia plurima, quibus vos disensionibus inter ducem Ottonem Brunswicensem eciam et nos subortis perplexas grauiter fore nouimus releuare, vt diuinus cultus per vos debitis et vicibus eo diligencius peragatur et ob salutem ac perhennem memoriam animarum magnificorum principum predecessorum nostrorum marchionum Brandenburgensium bone recordacionis, nostri, heredum et successorum nostrorum, vobis nec non conuentui vestro appropriauimus et appropriare presentibus decreuimus curiam in villa sterbeck sitam cum V mansis, quorum mansorum quilibet XV modios siliginis soluet annuatim, quam curiam et mansos predictos Cöpkynus et Nycolaus dicti Nyendorph a nobis tenuerunt et possederunt, in antea cum omni iure et proprietate seu cum singulis pertinentiis eidem videlicet curie et mansis ex debito vel ex iure pertinentibus sine impedimento quolibet nostri, heredum et successorum nostrorum perpetuis temporibus pertinendam, Mandantes officiatu seu aduocatis nostris seriose, ne de curia seu mansis prenotatis de cetero aliquam precarie seu seruicij personalis siue realis angariacionem extorquere presumant nec repetere quomodolibet ab eidem, Renunciantes omni iuri, actioni seu impetitioni, que nobis in premissis uidelicet curia et mansis competebant vel competere possent aliqualiter. In cuius etc. Testes decke, Swartzburg, hufener, Lochin, Bombrecht et helbe et gerardus wolf. Datum Stendal, Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>., feria secundá, die beati Michahelis archangeli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. LXXXV.